

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe


Statuta Ruralis Capituli Linzgoviensis

Marquard Rudolf <Konstanz, Bischof>

Constantiae, 1699

Caput VIII. De sacellanis

[urn:nbn:de:bsz:31-129236](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-129236)



Caput VIII,

De Sacellanis.

Sacellani [quorum in districtu nostro Capitulari 30. numerantur] Capitulo nostro non sunt incorporati, & sic non censentur *in*, bene tamē de Capitulo, ita, ut decanali Visitationi, correctioni, ac directioni in omnibus & per omnia sint subiecti, proin si aliquem è Sacellanis mori contingat, Parochus mox obitum Decano insinuabit, qui quoad obsignationem, tractationem & extraditionem hæreditatis ea omnia observabit, quæ in obitu alicujus Parochi præscripta sunt. Itaque Decano, ut alij Capitulares subesse, ei que debitam reverentiam, & obedientiam præstare tenentur, uti & suis Parochis, præsertim

tim in functionibus
concernentibus
obediant, neque
re animarum,
ministrations
suo, sed pro
ctum fuerit,
Fundationum
tistacere stud
tio exigit,
obligatione
bus interfit.
rit, ut opus De
ter, aut neglig
pigre, devot
quæ sunt in
cenda, vel o
vant, non n
tione verba p
devoto, & re
do. Si quan
data à Curia
Clerum totis

tim in functionibus cultum Divinum
 concernentibus pareant, ac ad nutum
 obediant, neque circa exercitium cu-
 ræ animarum, & Sacramentorum ad-
 ministrationem omnia pro arbitrio
 suo, sed prout ipsis à Parochis injun-
 ctum fuerit, promptè exequantur.
 Foundationum tenori singulariter fa-
 tisfacere studeant, sicuti Beneficij ra-
 tio exigit, quivis beneficiatus suam
 obligationem observet, & Divinis re-
 bus interfit. Sic eadem ratio requi-
 rit, *ut opus Domini non faciat fraudulen-
 ter, aut negligenter* Jerem. 48. Sed im-
 pigrè, devotè, & diligenter cuncta,
 quæ sunt in Ecclesia, aut Choro di-
 cenda, vel cantanda, debitè persol-
 vant, non nimis Mercuriali accelera-
 tione verba præcipitando, sed omnia
 devoto, & reverentiali ritu peragen-
 do. Si quando extraordinaria man-
 data à Curia Constant. communem
 Clerum totius Diœcesis concernentia,

per Decanum mediante Capituli Pedello insinuantur, ea modestè suscipiant, nec, ut antehac factum, contemptibiliter Pedello in faciem dicant, Decani se mandatis aut imperio haud adstrictos, sed impofterum reliquo Capitulari Clero se conforment, nec melioris se conditionis reputent, quam ipsi Parochi, paternam proin correctionem, si quando exorbitârint, debitâ cum submissione audire non detrectent.

Quæ de moribus, ac vitæ honestate, passim dicta sunt, ea Sacellani & Clerici omnes ad se maximè pertinere sciant, quamobrem domi suæ, sobriè, piè, castèque vivant, ebrietatem fugiant, ac otium tanquam fomentum omnium vitiorum devitantes honestis se laboribus occupent.

CA-

Ca

IN potesta
Pedellum
nis Capi
dis, manda
necessitas e
pituli hinc
liter incum
nus, si ve in
merario sibi
pediat. N
lum Cleric
factis grave
quos mittit
sive obser
defera, au
hinc inde ex
munere abs